UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Gerundia nominatiui & vocatiui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

cogites de trãſceñdo in epicirũ ſcire ſane uelim. Amicicia ab amãdo
dicit̃.in comedẽdo ſudas,uaco a ſcribẽdo. ex defendẽdo q̃ ex accu=
ſando uberior gloria cõparat̃. Quinti.rõ recte ſcribẽdi iũcta cũ lo=
q̃ndo eſt.In do gerũdiũ cũ ex,e,a,ab,& cũ,uix regimẽ habet,q̃a dili
gẽtiſſimus harũ rerũ indagator Valla teſtat̃ ſe exẽplũ repiſſe nullũ.
Nõ ſum ſoluẽdo,dtũs eſt nõ regit caſum,niſi p verbũ ſubſtãtiuũ forte
dtm̃ habeat.& ſignificat nõ ſum ſufficiẽs ad ſoluẽdũ. Virgi.Cãtãdo
tu illũ.ſubaudi uiciſti.cãtãdo.i.qñ cãtaſti,uel carmine tuo &c̃.

Gerundiua nomina.

Gerũdiũ nomen eſt adiectiuũ,ipſa uoce ſil'e participio futuri tp̃is in
dus.da.dum. Declinat̃ em̃ p genera & caſus in utroq; nũero,ut par=
ticipiũ, a quo tñ differt,ut ip̃m gerũdiũ, ueluti ante ex ſentẽtia Lãci.
oſtẽdimus cõtra Vallã,auidiuſcule ſepius diſputãtis. Ait autẽ Valla
uir ſine cõtrouerſia expitiſſimus,& de lingua latina meritiſſim⁹.Ge=
rundia ſiue gerũdiua adminiſtrationẽ rei ſine tẽpore ſignificãt. parti
cipia vero tẽpus ſine rei adminiſtratiõe, dij boni quantus patet hic ca
uillãdi cãpus a ſophis noſtris ſophiſtulis,ſed pergamus,tenet me oc=
cupatio iuris dicẽdi.i.occupor in dicẽdo ius,gerũdiũ eſt uel gerundi
uũ,q̃a ſi participiũ eſſet ſenſus haberet̃ talis,occupor in iure q̃d dice
tur a me,uel ab alio &c̃.ut prius diximus. Differũt gerũdiua ab ge=
rundijs,q hec adiectiua nõ ſunt ut ſatis declaratũ eſt,pñtq; in abltõ
o corripe.Iuue.Plurimus hic eger morit̃ uigilãdo,ſed illũ.Illa pure
adiectiua ſunt ſubſtãtiuis ſemp iũcta,quorũ res pati ſignificãt, neq;
in abltõ unq; corripiunt̃,q̃a ineptus eſſet uerſus.In cãtãdo dies con=
ſumpſi carmine multos. Venuſti⁹ aũt mlto loq̃mur p gerũdiua ſine
regimine,q̃ p gerũdia cũ regimĩe, ſed ponã de ſingul'caſib⁹ exẽpla.

Gerundiua nominatiui & vocatiui.

Gerũdiua ntĩ caſus rara ſunt inuẽtu.Inuẽtũ eſt unũ apud Virgi.Lu
cretiũq;. Voluẽda dies en attulit ultro. uoluẽda nõ tẽpus futurũ in=
telligit, teſte Val.ſed rei admĩſtrationẽ.Dies videlicet q̃ uoluit̃ nõ q̃
uoluẽda eſt,aut q̃ uoluet̃,unde iudicat̃ gerundiuũ eẽ participiũ pre=
ſentis tẽporis.hec Valla.ſubdẽs iuſiurãdũ etiã uideri põt eiuſdem ca
ſus,atq; etiã uocatiua.de quo Badi.tale fore exemplũ dixit ſi q̃d ſit
futurũ aut fuerit aliq̃n uoluẽdi dies oĩa cõſumitis.

Gerundiua genitiui.

Vbi habueris orationẽ gerũdij cum ſuo caſu,mutabis caſum rectũ
a gerũdio,ut ſit eiuſdẽ caſus cũ gerũdio.gerundiũ autẽ mutabis in
gerundiuũ eiuſdẽ generis & numeri cum caſu recto a gerũdio .uer
bi gratia.uenio cauſa uidendi matrẽ,gerũdiũ eſt gtĩ caſus.Dic ergo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN